Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nos homines sum rationabiles. Et illi sint carnes irrationabiliter oblatrantes? seditio autem semper abrumpitur exorta. ostendit se nihil gratum. aut uerum hinc. Vnde silencii occasio est flagitanda? in qua pro salute sua homo irrationabiliter disputare. secum quia incipiat tractare ut uerum dum inuenuit cum se iusta ratione committat. Tuo publice tergiuersatione mamertinus missa relatione. ad traianum imperatorem dixit. Clemente hunc apostolo seditiosa uociferatione accusatum compri. nulla digna posse accusatione putuit. Te traiane imperator scripsit debere. aut sacrificis consentire? aut transportum mare in heremo quae adiacet ciuitati certone sub ire exilium. Quod dum fiuisse iussu traiani firmatum. cepit cum eo agere mamertinus. ut nollet spontaneum sanctus clemens exilium petere? sed magis libamina diis exhibere. Et beatus clemens conabatur etiam ipsum iudicis animum ad fidem christi adducere. ostendens se appetere poenam exilium quam timere. Tantam enim gratiam dominus clementi attribuit ut fleret mamertinus et diceret. Dis tuis quae pure colis ipse te adiuuet in hac relegatione exilii. Et delegauit ei nauum ex omnibus necessarius onustam et dimisit eum. Repleta est autem nauis tam clero quam populo Religiosi autem multi uiri secuti sunt eum. Cum autem peruenissent ad locum exilii illuc erant in ergastulis ad duo milia christiani diuina relegatione dampnati. Qui uidentes nouitatem